



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd nulli vltima poenitentia sit deneganda. xxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis sacerdotibus, qui morientibus pœnitentiam denegauerint. Cap. XXI.

Ex decr. Iulij papa.

SI quis presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum, quia dominus dicit: Quacumque die cõuersus fuerit peccator, vita uiuet, & nõ morietur. Vera enim cõuersio in ultimo tẽpore potest esse: quia dñs nõ solum tẽporis, sed cordis inspector est: sicut latro vni⁹ momenti meruit esse in paradiso in hora, vltima confessione.

Quod nulli vltima pœnitentia sit deneganda. Cap. XXII.

Ex decr. Celest. papa, ca. 15

Agnouimus enim pœnitentiã morientibus denegari, nec illorũ desiderijs annui, qui obitus sui tẽpore, animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus fateor tãtẽ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quouis tẽpore concurrẽti succurrere, & periclitantẽ sub onere peccatorũ hominẽ pondere, quo se ille expedire desiderat, liberare. Quid hoc rogaliud est, q̃ morienti mortẽ addere, eiusq; animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere. Cũ Deus ad subueniendũ paratissimus, inuitans ad pœnitentiã, sic proclamat peccatori? In quacunq; die, conuersus fuerit, peccata eius non reputabũtur ei. Et iterũ: Nolo mortẽ peccatoris, sed tantũ vt conuertatur, & uiuat. Salutem ergo hominẽ adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegari: & desperarit de clementia Dei, qui eum ad subueniendũ morienti sufficere, vel momento posse, nõ credidit. Perdidiſſet latro in cruce præmiũ ad Christi dexteram pendẽs, si illum vnus horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cũ esset in pœna, pœnituit, & per vnus sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit.

De pœnitentibus, qui in infirmitate Eucharistiam acceperint. Cap. XXIII.

Ex cõcil. Carthagi. ca. 7 8

Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Eucharistie acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

De pœnitentibus subito mortuis. Cap. XXIII.

Ex eodẽ.

Eorum, qui pœnitentia accepta in bono vitæ cursu sine communionẽ moriuntur, oblationem recipiendam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico officio prosequendam.

FINIS Libri Decimioctau.